

quibus solis pap conservari et reparari potest?
 ut neq, militaria opera prolixo exercenda esse. utpote
 quibus unice efficitur: ut ne semper bellandum nobis
 sit? Conspicit, the - germana fides, haud raro in
 mediâ pace bellum, transeuntq, securitatis auxilia in
 metum: ex amico fit inimicus, hostis ex socio. in sub-
 itas hiberniq, majores tempestates definit astiva tran-
 quillitas: sine hoste saepe saepe patimur hostilia. Non-
 cum itaq, tantâ animi confidentiâ belli bona tempora-
 ria dicere erubescis? Norunt vel ipsi Histori-
 corum pueri, pleriq, cum prisca tum hodierni aevi Res-
 publicas raro à bellis fuisse immunes. Sed exempla
 forte desideras? Heus! Explica mihi librorum
 volumina: ex cute memorias veteres: relege tempora
 retro lapsa. Carthaginensium, Lacedaemonum nomi-
 na nosse discito ac dicito mihi: quae pap, quae
 populis illis quies fuerit? Nulla certe pap,
 nulla quies utriusq, fuit. Sed quid Carthaginenses, quid
 Lacedaemones ex longâ antiquitate rejecti à te volo?
 Explica Romanorum monumenta; ex his quippe pate-
 bit tibi: quantum intra tot seculorum decurias tem-
 porum intervallo Jani sui templum claudere ipsis
 licuerit: Obruimur sanè, ah! obruimur exemplis:
 quocumq, enim oculos, quocumq, animum vertimus, exem-
 pla occurrunt quamplurima. Belgicam videamus
 pra caeteris Republicanam: hic certe ullor illa paci-
 fica quietis vidit annos. Venetorum quoq, quam
 à studio pacis multi tantopere commendant, Repu-
 blicam videamus. Duodecim enim illis, quae supera-
 vit seculis, parum àb armorum usu interquievit.
 Et si quae pap, si quae quies obtigit, non alio
 tamen nisi belli subsidio utraq, parata ac parata